

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Actum est prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli ejus præliabantur cum Diabolo, hoste juratissimo; sed nihil valuit sanguinolentus Draco cum angelis suis, quin potius maximâ cum ignominia & infamia cœlo expulsus, & ad Tartara relegatus fuit. Cum verò machinamenta sua cerneret esse irrita in cœlo Lucifer superbia & fastu tumens, ab ipso mundi primordio capitale odium, & crudeles fovit adversus semen mulieris inimicitias, ac proinde in Paradiso etiam terrestri prælia cum eodem miscuit acerrima, itaq; miscuit, ut ad finem usq; mundi sint duratura. Repulsam autem unam alteramq; passus infernalis Draco, nova machinatus est consilia, furoreq; & rabie percitus, impios in mundo homines adversus Sanctum, piaq; ejus membra excitavit, ut, quia non ipsum Messiam è majestatis divinæ throno præcipitem dare valuit, homines tamen sub Christi militantes vexillo delere & morti, si non æternæ, saltem temporali, eiq; crudelissimæ addicere posset. Hinc novos in quovis mundi seculo undiq; motus, & persecutionum procellas miscuit, ut sicariorum ipsius manibus omnes Christi milites jam mactati visi fuerint. At quemadmodum Diabolus, mille licet nocendi artibus armatus, in cœlo Christi & Angelorum pedibus subjectus, tenebrarum catenis vincetus, & in inferni barathrum detrusus fuit: Ita vi meriti etiam Christi, & Angelorum ministerio, piorumq; precibus, impia ejusdem membra cum autore & duce suo mittentur in stagnum ignis ardentis, uti belli hujus successum & exitum describit Johannes in *Apocalypsi* c. 19. Verùm cum interea militum sit Christianorum fortiter in acie stare, bonamq; militare militiam, retinendo fidem & conscientiam, utiq; animum in publicis & privatis non despondebunt calamitatibus; sed ventorum impetus contemnent, ad mortem usq; constantes permanebunt. Quod in notissimis harum regionum turbis & persecutionibus fecit Clarissimus & Experientissimus Vir, Dn. *Elias Reichman* Medicinæ Doctor & Practicus solertissimus, qui constanti animo, & validissimis precibus cum Diabolo & satellitibus ejus sat duros habuit conflictus, hostibusq; tandem prostratis, per fidem in Christum victoriam obtinuit, & triumphum nunc agens in cœlo, gloriosus ante thronum Majestatis divinæ vivit in æternum. Natus est in oppido Jurâ Glogoviensis Silesiorum Ducatus, Anno supra millesimum quingentesimum, nonagesimo sexto, XVIII. M. Januarii die, Patre nobili, magnæq; autoritatis & existimationis Viro, Dn. *Georgio Reichman in Teichenaw* variis Sacræ Cæsareæ Majestatis in districtu Juraviensi percipiendis redditibus Præfecto, & Judicii Regii ibidem Præsidente: Matre verò, nobili ex familia regni Polonici Stephanymorum ortâ; quorum Parentum ductu ad pietatis & honestatis pervenit orbitam, donec fundamentis literarum & artium domi jactis, Francofurtum, Anno 1610, die M. Septembris XVII, mitteretur, ut ibidem, nec non postea Vitebergæ, quò anno salutis 1611, concessit, tam Philosophicum, quàm Medicum excolere posset studium, adjutus inprimis fidelissimâ Medici nominatissimi, Dn. D. Danielis Sennerti, Professoris Vitebergensis celeberrimi, operâ, in præparandis præsertim specialioribus medicamentis. Septenniò ibidem exactò, Argentoratum Anno 1614, abiit, ut vel ibidem, quæ in studio viderentur adhuc restare Medico, absolveret. Salutatis igitur præstantissimis ejus loci Medicis, petiit anno sequenti Basileam, ibidemq; VIII. Mensis Aprilis die, summis Doctoratus honoribus & insignibus, suffragante Amplissimi Medicorum ordinis calculò, auctus fuit. Cæterùm, confectò peregrinationis cursu, patriam repetiit, ubi Physici Ordinarii munus aggressus esset, nisi ex iniquissimis persecutionum Papisticarum turbis Lipsiam, & Numburgum fuisset revocatus; ubi etiam, ut & Cizæ, praxin exercuit Medicam, simulq; celebratissimo Illustrissimæ Viduæ Saxonice in *Dorrenburg* Archiatro, Consuli & Physico Numburgensi, Dn. D. VVilhelmo Romano innotuit, qui postea fratri suo, Magnifico, Amplissimo & Consultissimo Viro, Dn. Francisco Romano in *Huckershausen* Equiti Cæsareo, & hæreditario in *Braunswig* Jcto, Electori Saxonie, Domino nostro clementissimo, à Consiliis, Curie Provincialis Assessori primario, Professori Publico, nec non Facultatis Juridicæ Ordinario, Decemviro & Canonico Martispurgenfi, *ἰὸν ἐν ἀγῶνι* à pietate & moribus commendavit, tantumq; effecit, ut Dn. Ordinarius filiam suam, tunc virginem pudicissimam Elisabetham, Calendis Novembris anni prædicti XXV. supra millesimum sexcentessimum, eidem matrimonio junxerit, è quâ filium cum fœmellis duabus quidem ὁ μακαρίτης suscepit; sed Deo iterum omnes in infantili reddidit ætate. Quod ad reliquum vitæ genus attinet, fuit piè denatus auditor diligens & assiduus verbi divini, in quo foris & domi lectione Bibliorum suam oblectavit animam, simulq; frequens conviva Cœnæ Dominicæ extitit, & prodesse studuit, ubi tulerit occasio, cunctis, indigentioribus præsertim, consiliò, operâ & re, ac suâ inprimis manu confectis medicamentis. Morbo partim hostium irruptiones, pavorem in præcordia penetrantem excitantes, partim obvii ægrotantium, quos se invisere oportebat ex hostilium & nostratum militum numero, perniciosi halitus, & squalentia loca ansam dedere, ut XIX. Septembris domi se continere, & medicamentis, adhibito in consilium gemino Medico, uti coactus fuerit. Verùm febrilis violentia tandem in nervum erupit, & optimo viro finem vitæ attulit. In tempore igitur ad salutarem analysin se præparans, summâ animi patientiâ, verâq; in Christum fide obdormivit, octo mensibus, & duodecim diebus annum ætatis quintum & trigessimum exuperantibus. Anima Angelorum choris associata Deum laudat indefinenter: Exuvie verò hodiè, precibus peractis vespertinis, terræ mandabuntur. Quo tempore ut Cives Academici frequentes conveniant, & funus hoc honesto prosequantur comitatu, imò precibus suis salutem Ecclesiæ & Reipublicæ Deo devotè commendent, seriò hortamur. PP. II, Octobris, Anno reparatæ Salutis 1611, c. XX XI.

LIPSIÆ, excudebat GREGORIUS Nisch.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS




RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



nova machi-
 ejus membra
 tamen sub C
 posset. Hir
 ipsius manib
 di artibus ar
 thrum detru
 membra cur
 bit Johannes

Actum est prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli ejus præliabantur cum
 Diabolo, hoste juratissimo, sed nihil valuit sanguinolentus Draco cum angelis suis, quin po-
 tius maximâ cum ignominia & infamia cœlo expulsus, & ad Tartara relegatus fuit. Cum
 verò machinamenta sua cerneret esse irrita in cœlo Lucifer superbiâ & fastu tumens, ab ipso
 mundi primordio capitale odium, & crudeles fovit adversus semen mulieris inimicitias, ac
 proindè in Paradiso etiam terrestri prælia cum eodem miscuit acerrima, itaq; miscuit, ut ad
 finem usq; mundi sine duce. P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.



litare militiam, retinendò fidem & conscientiam, utiq; animum in publicis & privatis non despondebunt calamita-
 tatibus; sed ventorum impetus contemnent, ad mortem usq; constantes permanebunt. Quod in notissimis
 harum regionum turbis & persecutionibus fecit Clarissimus & Experientissimus Vir, *Dn. Elias Leichman/ Medi-*
cinae Doct̃or & Practicus solertissimus, qui constanti animo, & validissimis precibus cum Diabolo & satellitibus
 ejus sat duros habuit conflictus, hostibusq; tandem prostratis, per fidem in Christum victoriam obtinuit, & trium-
 phum nuncagens in cœlo, gloriosus ante thronum Majestatis divinæ vivit in æternum. Natus est in oppido Jurâ
 Glogoviensis Silesiorum Ducatus, Anno supra millesimum quingentesimum, nonagesimo sexto, XVIII. M. Janua-
 rii die, Patre nobili, magnæq; autoritatis & existimationis Viro, *Dn. Georgio Leichman in Leichenaw/ variis Sacræ*
Cæsareæ Majestatis in districtu Juraviensi percipiendis redditibus Præfecto, & Judicii Regii ibidem Præside: Matre
 verò, nobili ex familia regni Polonici Stephany morum ortâ; quorum Parentum ductu ad pietatis & honestatis per-
 venit orbitam, donec fundamentis literarum & artium domi jactis, Francofurtum, Anno c10 cxi1, die M. Se-
 ptembris XVII, mitteretur, ut ibidem, nec non postea VVitebergæ, quò anno salutis c10 c xvi1, concessit, tam
 Philosophicum, quàm Medicum excolere posset studium, adjutus in primis fidelissimâ Medici nominatissimi, *Dn.*
D. Danielis Sennerti, Professoris VVitebergensis celeberrimi, operâ, in præparandis præsertim specialioribus medi-
 camentis. Septenniò ibidem exactò, Argentoratum Anno c10 c xxiv, abiit, ut vel ibidem, quæ in studio vide-
 re licet nocen-
 in inferni bara-
 impia ejusdem
 exitum descri-
 e, bonamq; mi-